

etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus; & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium premissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habeatis, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut eorundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium in Judicio, & extra illud habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Jul. MDCCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CIII.

Communicantur Congregationi Fratrum Bethlehemitarum privilegia Ordinum Mendicantium, & Clericorum Ministrantium Infirmis.

Const. ed. 1702, Jun. 17, P. 2 concessa sunt exemptio a Processionibus. Et Const. ed. 1711, Jul. 24, P. 11 confirmatur praesens Constitutio.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Unjuncti Nobis caelitus Pastoralis Officii ratio postulat, ut paternam Sacrarum Religionum, & Congregationum Christianae charitatis, & Hospitalitatis operibus ex professo laudabiliter incumbendum curam gerentes pium illarum exercitium, & Institutum, quo labores expeditius suscipiendo, illud alacrius continent, & ferventius exequantur, liberalibus gratiarum, & privilegiorum muneribus confoveamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§.1. Cum itaque, sicut Dilectus Filius Michael de Jesu, & Maria Congregationis Fratrum Bethlehemitarum nuncupat. in Hospitalibus Pauperum Convalescentium in Indiis Occidentibus se exercentium in Romana Curia Procurator Nobis nuper exponi fecit, dicta Congregatio

Rationes pro consequenda d. c. communicatione.

alias a fel. rec. Innocentio PP. XI. Praedecessore nostro per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die 26. Martii 1687. expeditas liceras in Religionem erecta fuerit; Fratres vero dictae Congregationis tria essentialia vota in illa ad instar ceterorum Ordinum, & Institutorum a Sede Apostolica confirmatorum de presenti emittant, aliaque multiplicia, atque insignia pietatis, & Christianae charitatis opera erga Pauperes, & Convalescentes in eorum Hospitalibus degentes non sine spirituali animarum beneficio exercuerint, & in dies exercere non desinant. Ut autem illa semper impensius, & indefessi obeant, & continent, ipse Michael plurimum cupiat gratias, & privilegia Ordinum Mendicantium, & Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, quae alias rec. me. Urbanus PP. VIII. Praedecessor pariter noster Ordini, tunc Congregationi nuncupat. Fratrum Sancti Joannis Dei communicavit, & concessit: Nosque subinde nempe die XXV. Junii MDCCII. per quasdam nostras, quae alias rec. me. Urbanus PP. VIII. Praedecessor pariter noster Ordini, tunc Congregationi nuncupat. Fratrum Sancti Joannis Dei communicavit, & concessit: Nosque subinde nempe die XXV. Junii MDCCII. per quasdam nostras in simili itidem forma Brevis desuper expeditas literas ad Congregationem charitatis sub titulo S. Hyppoliti Martyris in Indiis sub certis modo, & forma tunc expressis extendimus, praedictae Congregationi Fratrum Bethlehemitarum, illiusque Fratribus, & locis a Nobis pariter communicari, & concedi.

§.2. Nos eandem Congregationem Fratrum Bethlehemitarum, & pia illius Instituta conservare, & promovere, ac proinde d. Michael, & dilectos Filios Fratres Congregationis huiusmodi specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulas Personas, quibusvis excommunicatis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis septentis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Michaelis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attenta relatione Dilecti Filii nostri Thomae Mariae Ferrarii tituli S. Clementis ejusdem S. R. E. Presbyteri Cardinalis S. Clementis nuncupati super praemissis dictis Cardinalibus facta, omnia, & singula privilegia, prerogativas, concessionibus, favores, facultates, declarationes, conservatorias, immunitates, exemptiones, libertates, ceterasque gratias, praerogativas, & indulgentias cujusvis generis existentia, spiritualia, & temporalia, quaecumque illa sint, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, vel sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, aut Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, vel memoratis Regularibus dictae Congregationis Bethlehemitarum Instituti non adversentur, praedictis Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, eorumque Conventibus, Domibus, & aliis locis Regularibus, ac Ordinum, & Congregationis huiusmodi Generalibus, Praesidentibus, & quibusvis aliis Superioribus, Praelatis, & Capitulis etiam Generalibus, Provincialibus, seu

Communitio praed. privilegiorum.

seu intermediis, eorumque Diffinitoribus, Prioribus, Novitiis, Fratribus, Conversis, Donatis, & quibusvis eorum Regularibus Personis tam in Urbe, quam etiam in quibuscumque Mundi partibus existentibus, & illorum intuitu, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, seu per Nos, & Successores nostros, aut alias auctoritatem habentes concessa sunt, & concedentur, ac quibus de jure, usu, vel consuetudine, privilegio, seu concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, ad praedictam Congregationem Bethlehemitarum, & singula illius Hospitalia, domos, & alia loca Regularia, illorumque Superiores, Praelatos, & quascumque Regulares Personas, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus, ac suffragari volumus.

§.3. Decernentes eadem presentes literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quaecumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime satisfieri, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicut in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio Executorum.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, necnon Dilecto Filio Causarum Curiae Cam. Apost. Generali Auditori per presentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, & Fratrum d. Congregationis Bethlehemitarum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem plenum earum effectum sortiri, & obtinere, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere, non permitrentes quemquam desuper contra illarum tenorem sub quovis pretextu, & causa etiam defectu intentionis nostrae per quoscumque quomodolibet indebite molestari, quinimo quidquid in contrarium attentari, vel fieri contingeret, omnino semper in primum reponi: Contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quoscumque, de quibus eis videbitur, censuras, & poenas Ecclesiasticas, & alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac pia memoriae Bonifacii PP. VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium in iudicium non trahatur, aliis Constitutionibus, & Ordinationibus

Apostolicis, ac Ordinum, & Congregationis Clericorum Regularium huiusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habeatis, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§.6. Volumus autem, ut eorundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Jul. MDCCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CIV.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium quo revocantur facultates concessae Fratribus Carmelitis Musicis Provinciae Portugalliae manendi extra Caenobias.

Dat. 3. Aug. 1707. Ao. 7.

Inn. XII. Const. ed. 1696, Feb. 11, P. 5. confirmata sunt quaedam decreta pro d. Provincia. Et hujus Pontificis Const. ed. 1717, Feb. 22, P. 17. prohibetur, ne Superiores concedant licentiam canendi in alienis Ecclesiis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis, & Definitorii Provincialis Provinciae Portugalliae Ordinis Fratrum B.M. V. de Monte Carmelo Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod licet per Concilium Tridentinum Sess. 28. Cap. 4. prohiberetur expresse, ne quis Regularis sine sui Superioris licentia praedicationis, vel Lectoris, aut

Causa sequens Decreti.

A a cujusvis

lique Romani à un de ses Amis d'Italie touchant l'évêque présent des Catholiques Romains en Hollande, 7-Novembre 1704.

Littera ad Archiepiscopum Sebastenum nomine Sacr. Congregationis de Propaganda Fide 25. Augusti 1703. ut fertur, scripta, ab inquietis quibusdam hodie in lucem edita, notis vero brevibus illustrata per Janum Parrhasium. Amsterodami 1704.

Diotrephes, seu Spiritus, & Opera Theodori Cockerii accurate descripta, & justificando Clero eum in Vicarium Apostolicum non recipienti in la-cem data, ab Eugenio Clario Theologo. Lugduni apud Henricum Aertsen, 1704.

Refutarum, aliorumque Romana Curia adu-lantiam de Summi Pontificis auctoritate commenta, Regnis, Regibusque infesta, ac specialiter Supre-mis, Praepositisque Federati Belgii Ordinibus periculosa: fideliter proposita per Juris Consultum Batavum, Ecclesiae, & Patriae amantem. Amsteroda-mi, 1704.

Nota breves in Epistolam ad Catholicos Hol-landia, quae sub nomine Pontificis Clem. XI, circum-fertur, per Juris Consultum Batavum.

Nota in Decretum, quod sub Inquisitionis no-mine circumfertur contra Archiepiscopum Sebastenum, per Janum Parrhasium.

Dissertio Theologica de potestate, ac jurisdi-ctioe, quibus in Federati Belgii Provinciis etiam-num fruitor Archiepiscopus Sebastenus, ablato licet Vicariatu Apostolico, nunquam antehac Typis edita.

Zedelyke Overweginge van het Decreet der Roomse Inquisitie, des Jaars, 1704. 3. April. Tegens de Ver Klaringe en Verantwoordinge des Aarf-chbisshops Van Sebasten. Rotterdam 1704. Idest Modesta consideratio Decreti Romana Inquisitionis anni 1704. 3. Aprilis &c.

Vreedzame Vearschouwing, over Zekere Brief de Naam Voerende van Clem. XI. Idest Paci-fica Admonitio super certam Epistolam nomine forentem Clementis XI.

Denunciatio Apologetica Petri Coddei Ar-chiepiscopi Sebasteni sinceris, solidisque documen-tis firmata, quam circa praecipua casse sua capita evulgandam duxit. Trajecti ad Rhenum, 1706.

§.1. Auditis itaque memoratorum Cardin-alium, qui relatas sibi super iisdem Libellis plurium in S.Theologia Magistrorum censuras diligenter perpenderunt, sententiis, creditum, Nobis a Domino Pastoralis cura, atque vigilan-tiae munus, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter exequi cupientes, de eorundem Car-dinalium consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, non modo omnes, & singulos supradictos Libellos, utpote multa falsa, calumniosa, Apostolicae Sedi, ejusque Ministris injuriosa, piarum aurium offensiva, scandalosa, temeraria, erronea, atque in apertum schisma tendentia respectue continentes; verum etiam omnes, & quoscum-que alios Libros, Libellos, Epistolas, & alia quavis opera, seu opuscula directe, vel indirecte adversus praefatum nostrum Decretum remotio-nis supradicti Petri Archiepiscopi, necnon dam-nationis, & prohibitionis memoratarum ejus scriptionum quocumque idiomate haftenus edi-ta, & si quae in posterum edi contigerit tenore praesentium damnamus, & reprobamus, ac pro-

Damnatio re-ligiosum libro rum, aliorum que edendorum.

damnatis, & reprobatis perpetuo haberi debere decernimus.

§.2. Ac proinde omnium, & singulorum, tam supra descriptorum, quam aliorum quo-rumlibet similium libellorum, librorum, Epi-stolarum, operum, seu opusculorum impressio-nem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis, etiam specifica, & individua mentione, ac ex-pressionem dignis, sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia de-claratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat ob-tinere, omnino interdiciamus, & prohibemus. Volentes, & Apostolica auctoritate mandantes, ut quicumque libros, libellos, Epistolas, opera, seu opuscula praedicta, vel eorum aliquod penes se habuerint, illa, seu illud, statim atque praesentes Litterae eis innotuerint, teneantur tra-dere, atque consignare locorum Ordinariis, vel Hareticae pravitatis inquisitoribus, qui exem-plaria sibi sic tradita illico flammis aboleri cu-rent.

Prohibitio co-rundem.

§.3. Insuper sub pari excommunicationis poena interdiciamus similiter, & prohibemus, ne quis in Concionibus, Catechismis, Le-ctionibus, aut aliis ad Populum Sermonibus praedictum nostrum Decretum in causa memo-rati Petri Archiepiscopi, summa quidem ma-ritate, & justitia editum, ullo tempore, vel quovis praetextu impugnare praesumat, vel eadem quomodolibet ausu temerario contraire.

Item prohibi-tio impugnan-di praed. De-cretum Pon-tificium.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contra-riis quibuscumque.

Clausula.

§.5. Ceterum, ut ipse praesentes litterae om-nibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & au-ctoritate praefata decernimus, illas ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Cancellariae Apostolicae, necnon Curiae Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Florae de Urbe, per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui: Sic vero publicatas omnes, & singulos, quos concernunt, perinde efficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatae & notificatae fuissent: Earundem autem praesentium Litterarum transfumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eandem prorsus fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibite, vel offensa.

Exhortatio ad pacem.

§.6. Demum omnes, & singulos, qui in praefatis foederatis Provinciis vere Catholicorum nomine censori volunt, & Apostolicae Sedi communiune sociari, atque eos praesertim, qui in fortem Domini vocati, spiritu humilitatis, lenitatis, & obedientiae debent ceteris praesucere, pro paternae nostrae charitatis debito hortamur, rogamus, atque obsecramus in Domino Jesu, ut depositis similitudinibus, & Partium studiis, discant idipsum sapere in Domino, donantes invicem, si quis adversus aliquem habet, quaerelam, sicut, & Christus donavit Nobis, ut non blasphemetur nomen Domini; sed unanimes hono-

honorificemus Deum, & qui una fide jungimur unitate spiritus, & vinculo pacis invicem co-pulemur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die IV. Octob. MDCCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

* Dat. 19. Dec. 1707. An. 8.

CVII.

Damnatur, & prohibentur Libri sub titulis: Doctoris Laurentii Pires Carvalho Quaestiones selectae de Bulla Crucata &c. Epitome das Indulgencias, e privilegios da Bulla da S. Cruzada &c.

Consi. ed. 1707, Octob. 4. P. 7 damnati fuerunt Libri adversus Decretum Apostolicum. Et Consi. ed. 1708, Maij 14. P. 8 damnatur Liber: Traitè de la Paisence Ecclesiastique &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Referantur libri praed. & eorum da-mnationis ca-ulae.

CUM, sicut Nobis innotuit, quod in lucem pro-dierint ante aliquot annos duo Libri, unus quidem in duos Tomos divisus sub titulo in-fra scripto, videlicet: Doctoris Laurentii Pires Carvalho Quaestiones selectae de Bulla Crucata Lusitania, Pars prior, & posterior. Vlyssipone 1698; alter vero Lusitano idiomate editus, cui titulus: Epitome das Indulgencias, e Privilegios da Bulla da Sancta Cruzada reparado pera major clareza em titulos pellas Indulgencias, e diversas facultades, que contem, com alguns advertencias no principio, composto por Lourenço Pires de Carvalho do Conselho de Sua Magestade, deputado do Tribunal da Consciencia, e Ordens, e do Conselho dos tres estados, Commissario Geral da Bulla da Sancta Cruzada nestes Reinos, & dominios de Portugal. Lisboa 1696. Et Venerabiles Fratres nostri S.R.E. Cardinales in tota Republica Chri-stiana contra Heticam pravitatem generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati audita librorum hujusmodi censura sibi re-lata illos damnandos, & prohibendos esse cen-suerint. Hinc est, quod Nos pro commissa Nobis divinitus gregis dominici cura animarum periculis, atque detrimentis, quae ex eorum-dem librorum lectione, & usu provenire possent, pastorali sollicitudine, quantum cum Domino possumus, occurrere cupientes, de memoria-rum Cardinalium consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deli-beratione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, libros supradictos, & eorum quem-libet tenore praesentium damnamus, & repro-bamus, ac legi, & retineri prohibemus, ipso-rum librorum, & eorum cujuslibet impressionem descriptionem, retentionem; lectionem, & usum omnibus, & singulis Christianis, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem pro tem-pore existentem, praeterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, omnino interdiciamus. Volentes, & Apostolica auctoritate praecipien-tes, ut quicumque libros praedictos, vel aliquem

Damnatio, & prohibitio cu-m mandato il-lis tradendi Ordinariis, vel Inquisito-ribus.

eorum penes se habuerint, illos, seu illum, statim atque praesentes litterae ad eorum notitiam pervenerint, teneantur tradere, atque con-signare locorum Ordinariis, vel Hareticae pra-vitatis Inquisitoribus, qui exemplaria sibi tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium, facientibus non obstantibus quibuscumque.

Clausula.

§.1. Ceterum, ut ipse praesentes litterae om-nibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate praefata decernimus, ut illae ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Can-cellariae Apostolicae, necnon Curiae Generalis in Monte Citatorio, & in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut mo-ris est, publicentur, illarumque exempla ibi-dem affixa relinquantur; Sic vero publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde efficiant, & arctent, ac si unicuique illorum, personaliter intimatae, & notificatae fuissent; Utque earundem praesentium Litterarum tran-sumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibite, vel offensa.

* Dat. 4. Febr. 1708. An. 8.

CVIII.

Declarantur nullae Electiones duorum Admini-stratorum Ecclesiarum Gnesnen, & Uladi-slavien, & quaecumque inde secuta, & se-cutura cum nonnullis Ordinationibus.

Consi. ed. 1707, Maij 21. P. 7 declarata fuerunt acta nulla pro electione Episcopi Aquilani. Consiit. ed. 1707, Jul. 27. P. 7 damnata sunt Concordia, circa fructus Ecclesiasticos Ducatus Parmae, & Placentiae cum Militibus Germanis. Constitut. edita 1711, Januarii 3. P. 1 declaratur nulla Deputatio Vicarii de Seorga aliisque locis Venetiarum Diocesi. Et Consi. ed. 1711, Jul. 28. P. 11 damnantur Decreta Consilii Varsaviae de solutio-ne fructuum Ecclesiasticorum pro exercitu alendo.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ROMANUS Pontifex in sublimi Apostolicae Sedis specula cum potestatis plenitudine a Domino constitutus suo, & Apostolicae Sedi, inferiorumque Ecclesiarum, ac illarum Praesu-lum Jura, ex commissi sibi celestis Pastoralis Officii debito, facta tecta tueri, & si quando ea temerariis quorumcumque ausibus violata esse novit, ab ejusmodi violationibus asserere studet, sicut omnibus matura considerationis trutin-a perpensis, aequitatis, & Iustitiae consentaneum, esse in Domino arbitratum.

Exortatio.

§.1. Ad nostri siquidem Apostolatus noti-tiam, non sine gravi animi nostri molestia per-venit, quod tamen Nos alias, nempe die 7. Ju-nii 1706. in Consistorio nostro Secreto, ut moris est, Ven. Fratrem Stanislavum Szembek tunc Episcopum Uladislaviensem a vinculo, quo te-

Stanislav Szembek tras-latus fuit ad Metropolitica-nam Gnesnen 1706 Jun. 7 & Condati-ne.